Signa boni ſtomachi ſunt hec leuitaſ corporiſ Claritas intellectus: motus appetitus. Signa ve ro mali ſtomachi et debilis digeſtionis ſunt hæc grauitas corporis: molitieſ: pigrities: inflatio fa ciei: oris frequens aptio: grauitas oculorū: tur pis et mala eructuatio quādo. ſ. eructuat accidū inſipidum aut amaz aut aquoſum aut fetiduz. et propter hoc generant uētoſitates et inflāmatio nes in uentre et diminuitur appetitus. Cū res eſt in maiori quantitate ꝓueniunt tūc excreationes et extenſiones extremitatū reflexiones mēbrorū tremores cordis: aptiōes oris et alia q̄dā mala q̄ oio cōtraria ſunt ſanitati: deſtructibilia corporiſ. corruptibilia nature. Debes ergo rex clemētiſſi me te ipſum diligenter cuſtodire ab incōuenienti

bus supradictis.

De regimine sanitatis.

Cum corpus corruptibile sit: eiqꝫ accidit corruptio exoppositione complexionū ⁊ humorum q̄ sunt in eodeꝫ. visuꝫ est mihi in presenti ope tibi scribere quedam vtilia ⁊ que omnino sunt necessaria ex secretis artis medicine quibus cōtentus sis ⁊ maxime cū sit inhonestum vt appareant medico cūcte regis infirmitates. Si autem hoc exē plariter inspexeris ⁊ iuxta hunc ordinē preciosissimū fueris conseruatus: medico non indigebis exceptis biis accidentibus bellicis ⁊ cæteris q̄ oino vitari non possunt.

Quid post somnum sit faciendū.

Dꝑ o Alexander cū a somno surrexeris modicū ꝺ ambulare ⁊ tua membra equaliter extēde rectiā caput tuū pectinare. qꝛ membrorū extensio corpus corroborat ⁊ pectinatio capitis vapores ad ipsum ascendentes tempore dormitionis a stomacho educit. In æstate lauare cū aqua frigida qꝛ stringit ⁊ retinet calorem capitis. ⁊ hoc erit quedam excitatio desiderii comedendi deinde indue te vestimētis optimis: ⁊ orna te pulcherrimo ornamento. qꝛ animus tuus naturaliter delectabitur in huiusmodi conspectu ⁊ pulchritudine ⁊ virtus splendide vite confortabitur ⁊ delectabitur inde nimis. deinde excabis dētes ⁊ ziziuas cū corticibus arboris calide ⁊ sicce amari saporis. hoc siqdem multum iuuat dentes. n. mūdificat: ⁊ oris vitium liquefacit. ⁊ diſtat linguā clarificat loqutionē: insuper excitat desideriū comedendi. deinde suffumigabis te suffumigationibus conuenientibus tempori. hoc. n. valde pficit apit. n. clausuras cerebri ⁊ grossiora reddit colla ⁊ brachia pinguescere facit: clarificat faciem atqꝫ vultum: ⁊ tardā facit canitiem: corroborat sensus post hoc aūt vtaris preciosissimis vnguentis atqꝫ odoriferis. temporibus quoqꝫ cōgruentibꝰ in quo fueris. qꝛ in omni odoratu reficit aia ⁊ oīs odor est ei suauissimus cibus ⁊ cum refecta fuerit anima ⁊ firmata que delectata ē: corpus corroborabitur: cor gaudebit: sanguis in uenis incipiet currere ex letitia anime. Post hoc accipies alatros. i. excellio ligni aloes. quod in libris medicorum inuenitur ⁊ tunc ex road. i. ex reubarbaro pondus quattuor denariorum. qꝛ hoc valde pficit. subtrahit. n. flegma ab ore stomachi excitat calorē corporis: fugat ventositatem: ⁊ bonū reddit saporem. deinde cum nobilibus sede ⁊ cuꝫ sapientibus loquere. ꝑm consuetudinem age quod decet agere. Cumqꝫ voluntas fuerit comedendi iuxta horam consuetudinis vtere labore corporis modico. s. uel equitando uel de ambulando uel aliquid aliud faciendo. qꝛ hoc corpori multū iuuat: fugat. n. ventositates: corpus aptat: corroborat atqꝫ alleuiat. ⁊ calorem stomacho īcendit. cō strigit compages ⁊ liquefacit supfluos humores residuos ⁊ flegma descendere facit a stomacho cibū incensum. i. calidum nimis ⁊ deficatū. Si ponantur cibi multi ante te comede ex illis quos elegeris iuxta desiderium tuum cum pane equaliter leuato q̄ erit perfecte fermentatus ⁊ prepone ex eis quos preponere debes verbigra. si sumpserit homo in prandio pulmentum molle ⁊ moliens uentrem ⁊ aliquod retinens secutum fuerit. Si prius molle precesserit leuius facit digestionē si vero retinēs ante comederet ⁊ postea molle vtrūqꝫ male digerit. Similiter si homo sumpserit plura pulmenta mollia que cito digeri possunt oꝫ vt altquid precedat retinens i fundo stomachi: qꝛ profunditas stōachi calidior est ac fortior ad moliendum eo qꝛ in ea parte sunt partes carnose ⁊ ē uicina epati ⁊ cuius calore cibi decoquntur. Et in comestione debes regere manuꝫ. i. cessare a comestione dū adhuc uoluntas seu desiderium fuerit comedendi. qꝛ ex superfluitate cibi angustiat stomachus: grauatur corpus: leditur animus ⁊ cibus remanet in fundo stomachi ponderosus ⁊ nociuus. Similiter a potatione aque animum tuum retine super cibum donec in consuetudinem tibi veniat. quia potatione aque frigide super cibum stomachus refrigeratur ⁊ extinguit calorē digestionis ⁊ cibū confundit ⁊ impedimentū generat. si multum bibitur. quo nihil erit deterius cordi. Si uero necesse fuerit ut aqua sumatur vel pp calorē tēporis vl̄ propter calorē stomachi vel pp calorē ciborū: sit modica ⁊ bene frigida sit. cūqꝫ refectus fueris incede super stramenta mollia dei/de tpate dormi ⁊ requiesce una hora super latus dextrū deinde ad sinistrū reuertere. ⁊ super illud dormitionem pfice qꝛ latus sinistrū frigidū ē. iō i diget calefactione. Si ergo sentis grauedinē i stomacho ⁊ in ventre torsiones. tunc medicina ē ponere super ventrem camisiā calidā ponderosam aut amplecti puellam calidam speciosam. Si vero eructuationē sentis acerbam signum ē frigiditatis stomachi. huius rei ē medicina bibere aquā calidam cū syrupo acetoso ⁊ vomere. qꝛ incarceratio cibi corrupti in uentre est calidi corporis ꝺ structio. Et motus ante prandium calorē stomachi excitat. sed post prandium diu nociuus est. qꝛ tūc descendit cibus indecoctus in inferiores partes stomachi ⁊ ex inde generat inclusiones ⁊ alia mala.

De efficatia diuerse dormitionis.

Scito q dormitio ante prandium macilētum reddit corpus ⁊ deficcat humiditatē eius. post refectionē aūt corroborat atq; nutrit: qr dū dormit hō qescit corp⁹: ⁊ tūc trahit caliditas naturalis q̄ diffusa fuerat p totū corp⁹ ad iteriora stomachi/ tūc corroborat stomachus sup decoctōe cibi: tūc q̄rit virtus naturalis suā qetē. ⁊ pp hoc dixerunt qdam philosophi q magis ꝓficit vespertina co/ mestio q̄s meridiana qr meridiana comestio reci pit calorē dieiq̄m sensus opantur ⁊ aīus uexatur pp ea q̄ audit homo ⁊ rōat ⁊ pp cogitationē ⁊ pp multa icōmoda q̄ corp⁹ circūueniunt ex caloze ⁊ motu ⁊ pp hoc in hora meridiana diffundit caliditas naturalis p exteriora corporis ⁊ iō tūc multum debilitat stomachū ⁊ fit impotēs ad ꝺcoquēdum cibū. verūtn in cœna vespertina fit totū ꝓtrariū. qr tūc accidit corpori trāqllitas laboris ⁊ cordi ⁊ tūc ē reqes sensib⁹ ⁊ aie. ⁊ inest noctis frigiditas q̄ ducūt calorē naturalē ad iteriora stomachi ¶ Ītē ignorare non debes q q consueuit comedere bis i die si ꝓtinuat ad vnā certū eueniet sibi nocumentum. sicut euenit illi q consueuit comedere semel in die ⁊ icipit bis comedere. qr ei⁹ stomachus neqt cibū digerē. ⁊ indigestū remanet nutrimentū. ⁊ q ꝓsueuit certa hora comedere ⁊ trāsfert suā comestionē in aliam horaz cito pcipiet q sue nature non proficit sz multū officit. qr ꝓsuetudo est altera natura. si igitur aliqua necessitas q̄ legē non habet compellit ad hoc quod ꝓsuetudo renuit ꝺz hoc fieri discrete ⁊ sapiēter. s. vt fiat mutatio cōsuetudinis paulatim vna uice post aliam ⁊ sic tūc cū dei auxilio bene fiet: ⁊ caue ne iteruz comedas donec cognoueris stomacū totū eē vacuum ⁊ purgatū primo cibo ⁊ hoc cognosces per desideriū. i. cū volūtatē comedendi hr̄e coeperis ⁊ p subtilitatē saliue ad os decurrentis. qr si qs cibū suscipit absq; corporis necessitate. i. comedēdi volūtate inueniet calorē naturalē ualde gelidū Si vero cum desiderauerit susceperit: tūc inueniet calorem sicut ignem accensum. ⁊ cum coeperis habere desiderium comedēdi debes statiz comedere: qr nisi statim comedat stomachus implebit humorib⁹ pessimis quos ꝓtrahit ad se de superfluitatib⁹ corporis q ꝓturbabūt cerebrum vapore pessimo. ⁊ cum post affuerit cibus fit tepidus ⁊ non ꝓficit corpori.

De quattuor anni tpib⁹. ꝺ vere.

De intētione nostra breuiter ꝺterminabo ꝺ q̄t ꝺor tpib⁹ āni: de q̄litate ⁊ proprietate vniuscuiusq; temporis ⁊ de uariatione eorūdez. Quattuor sunt anni tempora que distinguntur. Ver tunc incipit quando sol ingredit signuz arietis. tūc enim est initium veris ⁊ durat p nonaginta duos dies ⁊ horā vnā cū dimidia ⁊ hoc a. x^a die exeūte martio vsq; ad. x. diē iunti. in hoc tempore dies ⁊ nox adeq̄ntur. in suis regionibus dulcescit temp⁹: mitescit aer: sufflant vēti: dissoluunt nues: currunt torrentes inter montes scaturiunt fontes: extollūtur humiditates ad sumitates arborum ⁊ capita ramorum: semina surgunt: crescunt segetes: virent prata: pululescunt ⁊ decorantur flores induuntur nouis floribus arbores: ornat terra gramib⁹: generant alimenta: parant pascua: cuncta resumunt uires suas: cātant aues: resonant philomene: tellus recipit ornamentum integre ⁊ pulchritudinem suaz: ⁊ fit sicut sponsa pulcherrima spetiosa ornata uariis colorib⁹ ut appareat hominib⁹ in festo nuptiarum. Ver est caliduz ⁊ humidum ⁊ tempatū: aeri simile ē ⁊ excitat in eo sanguis: ⁊ diffunditur p vniuersa membra corporis ⁊ proficit in eo quod est equalis cōplexiōis. i. tēpatū ⁊ talia in eo comedantur ut sunt pulli gallinarū ⁊ oua non superflua. s. usqz ad. vi. ⁊ lactuce agrestes quas rustici scarta vocant ⁊ lac caprinū nullum enim tempus ē ad minutionē melius ⁊ p ficit in eo vsus ⁊ motus corporis solutio ventris vsus balnei ⁊ sudoris ⁊ specierū potiones ad digerendū. Si purgatoria accipienda sunt. qcqd p purgationē vel minutionē acciderit: hoc tpe sua humiditate restaurat.

De aestate.

Aestas tunc incipit cū sol ingreditūr primum punctū cancri ⁊ continet nonaginta duos dies ⁊ horam cum dimidia ⁊ hoc ē a ꝺcima die iunti usq; ad decimā diē septēbris in hoc tēpore ellongātur dies ⁊ abbreuiant noctes in oibus regionibus crescunt calores: inflamāt uēti: trāqllitas ē i mari: serenitas in aere: deficantur segetes: nascuntur serpentes: funduntur venena: corroborant cōpozū virtutes ⁊ fit mundus quasi spectosa corpora aetate pfecta: caloze inflamata: estitiuū tēpus calidū ē ⁊ siccū in quo excitat colera rubea. ⁊ ꝺz ab eo caueri quod fuerit valde calide ⁊ ficce nāe vel cōplexionis. excitat. n. colerā rubeam. ab esu quoq; et potatione nimia abstinēdū ē i aestate ne calor naturalis extinguat. Comedas in eo qcqd frigide et humide ꝓplexiōis fuerit vt carnes uituline cum aceto et cucurbita et pulli saginati pulmentum quoq; ex farina ordei et fructus acri sapozis et mala acria et venus parce petat. ab omni minutione abstineas: nisi necesse fuerit organis et motib⁹ sui corporis, balnea babeantur parce.

De autumno.

Autumnus tūc incipit qñ sol intrat primū gradum libre, ⁊ ptinet nonaginta vnā diē ⁊ horā cum dimidia hoc est a decima septēbris usqz ad decimā decēbris in hoc tpe adequant dies ⁊ noctes fm vicē nox crescit ⁊ tollit de die: aer frigescit: vēti inflantur septētrionales: mutant tēpora: decrescunt flumina: diminuuntur fontes: marcescunt viridaria: deficiunt fructus: facies terre sua caret pulchritudine: uolatilia querūt calidas regiones: aialia suas appetūt cauernas: serpentia foueas vbi colligunt victūm p hyemez. ⁊ mundus cōpat foemine plene ætatis indigenti vestibus quasi vt recesserit ab ea iuuētus ⁊ festinz senect⁹. Autūnus ē tempus frigidū ⁊ siccū in quo colera nigra consurgit oz autez vt in eo tpe sumant calida ⁊ humida ut sunt pulli ⁊ agni uinū uetus: rue dulces: abstineas ab omnibus colerā nigrā generantibus: motus corporis ⁊ usus veneris magis q̄z in æstate nocet. balnea quoqz ⁊ purgatoria si necesse fuerit fiant in hoc tpe. si homo indiget vomitu fiat in meridie. ⁊ in calidiori hora diei. qz i talib⁹ horis superfluitates generant in homine: purgatio ventris ꝫz fieri in hoc tpe per astraton ⁊ agaton et p oiaque trabūt nigraz colerā ⁊ reprimunt humores.

De hyeme.

Hyems tūc incipit qñ sol intrat primū signum Capricorni ⁊ cōtinet dies nonaginta. ⁊ horā cum dimidia ⁊ decima ꝺcēbris usqz ad ꝺcimā martij in hoc tēpore dies abbreuiant: ⁊ noctes elongant cōualescūt frigora: exasperant vēti: cadūt arbor folia: mōriunt ꝓ maiori parte uirentia: ⁊ indurātur quasi lapis. ⁊ maior pars aialiū abscondunt in ventre terre ⁊ in cauernis montium: ⁊ p̄ nimio frigore ⁊ humiditate obscuratur aer: denigrescit tempus: contremiscūt pecora ⁊ iumenta: debilitant cōporū virtutes ⁊ est mundus quasi uetula languida: aetate ꝺcrepita: indumento nuda: mori proxima. Hyems est frigida ⁊ humida in qua conuersationem oz flecti. i. redire ad medicinas calidas ⁊ ad cibos calidos: ut sunt pulli galline ⁊ arietine carnes ⁊ assature ⁊ vniuersa pigmēta calida. Ficus quoqz ⁊ nuces ⁊ vinū rubeū optimuz ⁊ sumant electuaria calida: abstineat ēt a solōe vētris ⁊ minutione sanguinis: neqz ventris neque cibi habundantia utaris: ne digestio debilitet: unge corpus tuū vnguentis calidis: ⁊ utere balneis nimus potus ⁊ ven⁹ nō nocent hoc tempe nec nimi⁹ comestio. qz hoc tempore pre nimio frigore cabz naturalis colligit ⁊ ingreditur in interiora coporis. ꝫ meliz est digestio in hyeme. in vere aūt et estate venter est frigidus. qz hiis tpibus pori appiunt pp calorē. et diffundit calor naturalis p omnes ptes corporis. et propter paucitatē caloris stomachi digestio impeditur et humores commouent. Scias igit hec et dñs te conseruet. vale Alexander: hanc dietā precioſam tibi prefixā custodi naturalē calorē cōseruando. qz q̄z diu calor tpatus in homine pseuerat sanitas longis tpibus custodit. nā duobus modis inueterat hō ac deficit, uno .s. naturali q debito nature fit. s. ex senectute: que vincit in corpore destruitqz naturā aut accidentali .s. ex infirmitatibus et aliis pessimis causis.

De hiis q̄ impinguāt corpus.

Hec impinguāt corpus et humectāt: qes et saturitas: esus ciboz dulciū ac diuersoz: et potatio lactis et vini dulcis: et dormitio post comestionē super stramēta mollia odoriferis refecta locis ac tēporibus cōuenientibus. et ingressus balneorum dulcium aquaz et ibi sessio modica ne diuturnitate balnei corpus debilitet: odorem sentire odoriferū vel qcqd odoris fuerit boni unūqqz in tēpe cōgruo vnde in hyeme alchittmū quod ē cuiusdā floris spēs et calide nature. rose qdem et viole et qcqd fuerit frigidum in aestate et exerceatur uomitus semel in vnoquoqz mense et maxime in estate. uomitus. n. lauat corpus et stomachum purgat ab humoribus pessimis et putridis et si fuerint humores pauci in stomacho cōfortabitur calor ad digerendū: corpus implebitur humiditate et pinguedine et multis vtilitatibus si cū hac dispositione cōtingat bñe gaudiū letticiā et rōnem et gloriam et honorem de inimicis victoriā spez atq̄z fiduciā in plebe sua. et in lusiōibus delectari et facies pulchras aspicere. et libros ꝺlectabiles audire. vestimentis optimis et varietate tinctis induere et vnguētis vngi temporibus cōgruis.

De hiis q̄ macrant corpus.

Ecōuerso hec macrant corpus et ꝺbilitāt et ꝺsicāt: modicū comedere et bibere: multū laborare: frequenter ad solē ire: extra mēsuraz deambulare: dormire ante prādiū sup stramēta dura: mētē sollicitare: metuere: balnea sulfuree aque intrare: comedere sal⁹os cibos uinū vetus multum potare: multū quoqz egerere: et sanguinē minuer. et minuendo mensuram excedere. et cogitatōes pessimas et tristicias bñe. Regula Yppocratis si quis repletus uel cōstipatus balneū intrabit illi dolorē vel inteſtinorū certissime incurrere pōt. si qs coiuerit ventre repleto palisim incurret. nec post cibum quis curr at uel equitet nimium. Qui simul lac et pisces saepe comedunt lepram incur

rūt .vinū ⁊ lac ſimilia operantur.

De diuiſione corporis.

Corpus diuidit in quattuor parteſ prima ē ca put .Quādo ergo in eo cōgregantur ſupfluita/ tes poteris ſcire per hec ſigna q̄ ſunt tenebroſitaſ oculorū :grauitas ſuperciliorum:repercuſſiones temporū :tremitus aurium:incluſio narīū .Siqs igitur ſentit hoc ſibi accidere accipiat effretim:⁊ decoquat ipſum in vino dulci :⁊ cū radicibus pu legii ⁊ diminuaſ medietas:⁊ teneat ipſum in ore quolꝫ mane donec ſentiat ſibi prodeſſe:⁊ vtaſ i ci bo ſuo grano ſinapis de quo coquaſ pondus vni? dragme cum puluere cōfecto de .xii. vnguentis ⁊ hoc in dormitōe ſua.Si vero omittit hoc ⁊ negli/ gat :timere pōt piculoſas infirmitates:vꝫ corrup/ tiones viſus:dolorē cerebri:⁊ multas alias egri/ tudines a qbus dñs te cuſtodiat omni tempore.

De pectore.

Pectus eſt ꝑa pars corporiſ:ſi itaqꝫ ſuperflui tates in eo congregantur :hec ſigna ſequūtur: lin/ gua fit ponderoſa:os ſalſum:in orificio cibū acer bum ſentit .ac dolorē tuſſis.oꝫ igit dimittere ꝺ co meſtione ⁊ uti uomitu. ⁊ poſt vomitum ſummere zinziber roſarum cum ligno aloes maſticare .⁊ poſt comeſtionem ſummere ad magnitudinē vni us nucis de electuario enſon .quod ē confectum ex ligno aloes ⁊ cauſergā.Qui qdē hoc non fece rit :de leui poterit incurrere dolorē lateriſ aut re num aut multas alias egritudines.Et potatio ꝺ coctionis yſopi eſt mirabiliſ ⁊ hoc ieiuno ſtoma/ cho.

De oculis.

Oculi ſunt tertia pars corporis.oꝫ aūt ipſum q̄ laborat in conſeruando ſanitatē occuloꝝ vt tue atur eos a puluere ⁊ fumo aereibus egrediētibꝰ ab aequalitate.ſ.i caliditate frigiditate ⁊ a uētis malis :non aſſiduet intueri rē vnā a qua non auer taſ nec inſpiciat multum res iſtabiles ⁊ uitet mul titudinē fletus ⁊ multitudinē coitus ⁊ nimiā mul titudinē repletionis potus ⁊ cibi ⁊ p̄cipue potuū ⁊ ciborū vaporē groſſum ad caput emittētiū ſicut pororū cauliū ceruiſie fabaꝝ ⁊ huiuſmōi.nec dor miat ſuper repletionē.Res aūt que conferūt ocu lis ſunt ſpēs.ſ.echie ⁊ aque ſiue ſucus feniculi ꝺ/ bene roſe celidōie rute ſubmerſio occuloꝝ i aqua clara ⁊ aperiri oculos in ea ⁊ exaſpicere eā.Si/ gna cauſaꝝ diſpoſitionis oculis cōuenientis co/ gnoſcunt ex.8.canonibus.Ex tactu :ex venis eiꝰ ex figura ex operatiōibus ꝓpriis colore:q̄ꝫtitate ab eis paſſionibus que ab eo exeunt;⁊ a ībus ex/ terioribus occurrentibus ſm caliduꝫ ⁊ frigiduꝫ ex venis qdē ſi ſint aparibiles ⁊ plene humoribuſ certitudinis ⁊ egritudiniſ ē cā q̄ cognoſcit ꝑ calo rem ⁊ per dolorem vt ſi infirmus ſanguinē pungi tiuum colericum extenſiuum flegmaticum agra uatiuuꝫ melancolicū deambulatiuū ſentiat ⁊ per ventoſitatē ⁊ alia ſigna.ex figura qdē qꝛ debꝫ eē rotunda intuitu ſuperficie plena.ex opatione qꝛ oculi q̄ velociter mobiles ſunt calidi iudicantur. tardi vero frigidi lacrimabileſ vero humidi ſimi liter qdam videt a longe rem diſtantē ꝺ prope ve/ ro non.Quidam vero econuerſo de prope .n. ui/ dentes ſpūm habent viſibilem parum ⁊ clarū qui ex ſua paruitate non ſufficit ad longinque exten/ dere .Qui vero ſolum de longe uident : ſpūꝫ ha/ bēt multum ſed ipſum non ſubtilem ſed perturba tum groſſum ⁊ humidum.vnde non indigent iter uallo ad ſui paſſionē vt groſſi vapores ab illo ſe/ pentur.Ex colore quoniaꝫ colorꝰ ſignificat humo rem dñantem.ſ.rubeus ſanguinem citrinus cole/ ram albus flegma plumbeus melācoliā.Ex quā/ titate q̄ magnitudo oculorū cum proportiōe o/ perationum ⁊ virtutis multitudinem ſubſtantie ⁊ bonā oculi eucraſiā ſignificat.Si vero ſine bōita/ te operationis:multam ſubſtantiā ſed non eucra/ ſiam demonſtrat cum vitio vero operationū par/ uam ſubſtantiaꝫ ⁊ non eucraſiam.A quantitate i operationibus qꝛ cuius oculi ſunt magni : piger eſt .cuius parui:inuerecundus loquax ac ſtolidus eſt.Cuius i profundo poſiti ſunt callidus ē ⁊ de/ ceptor.A rebus exterioribus cognoſcitur ꝑ patiē tis inditium .Curatio autem quarūlꝫ iſtarum fit per exibitionē contrarii egritudinis. obſeruet cū hoc regiminis bonitas in ſex rebus non naturali/ bus aere exercitio ⁊ ocio cibo ⁊ potu ſomno ⁊ vi gilia coitu ⁊ accidētibus anime.habeatur ſemper venter laxus ⁊ in omni egritudine ⁊ repletiōe.

De teſticulis.

Teſticuli ſunt quarta pars corporis:cum ita/ qꝫ ſuperfluitas in eis congregatur.hoc ſignū con ſequitur:tepet appetitus:Ꝺ portet illud q̄ hoc ſē tit hoc facere vt herbā accipiat que dicit achem vel arianes ⁊ de earum radicibus.ponat radices ⁊ herbas in vino albo odorifero .⁊ ſumma ex eo quolibet mane . ita ꝙ ſit temperatum cum aqua ⁊ melle.⁊ abſtineat a nimia comeſtione .Ꝺ ſi o/ mittit hanc medicinaꝫ timere poterit dolorem te ſticulorum ⁊ pulmonis ⁊ periculum lapidis.legi tur ſiquidem in hiſtoriis antiquorꝫ ꝙ rex potēs congregauit medicos meliores indorum gre:oꝝ ⁊ medorū ⁊ iniunxit eis vt quilibet eorum ſtude at facere talem medicinam qua ſi utatur bonos

oculis Conferunt

proficiat sibi ⁊ non indigeat medicina alia! Sanages grecus indicauit ⁊ dixit q̄ summere quolibet mane aquam pleno ore bis facit hominē sanū ⁊ non indigebit alia medicina! Abedus vero affirmauit q̄ ieiuno stomacho ꝑdest multū sumere de granis milii! Ego vero dico q tm̄ dormit q̄ in uētre ponderositatē non habeat .sibi non timeat gutā! ⁊ qui comedit quolibet mane septē drag mas racemi passe bōe dulcedinis non timebit aliquo modo de infirmitatibꝫ flegmatis.eius memoria emēdatur ⁊ intellectus illuminat.⁊ q̄ ī tpe cōueniente sue complexioni vtit securus erit ⁊ ñ timebit febrem quartanam.⁊ q̄ comedit ficus cū nucibus ⁊ paucis foliis rute :venenum in ea die non nocebit ei.

De custodia caloris naturalis.

O summe rex studeas modis omnibus custodire ⁊ retinē calorem naturalem:q̄ꝫdiu caliditas est temperata in homine ⁊ humiditas naturalis: calor temperat ⁊ roborat.q̄ sanitas in duobꝫ consistit .Sciendum etiam in hoc loco q̄ destructio ⁊ corruptio corporis peruenit ex duabus causis vna naturalis ⁊ alia contra naturam. naturalis peruenit ex contrariaꝝ qualitatum repugnantia ⁊ contradictione q̄ñ .s. siccitas dominatur in corpore.Corruptio vero contra naturam prouenit ex aliqua causa accidētali siue ex bello siue ex offensione lapidū siue ex aliis fortuitis casibus siue ex infirmitate ⁊ malo consilio.

De qualitatibus ciborum.

Cibariorum quedaꝫ sunt subtilia:quedā grossa : subtilia subtilem generant sanguinem clarum ⁊ bonum que sunt frumentum pulli gallinarū bene nutriti ⁊ oua:grossa uero cibaria valent calidis humoribus ⁊ laborantibus in ieiunio ⁊ dormientibus post prandium. Abedia autem cibaria non generant inflammationem neqꝫ superfluitatem ut sunt carnes agnine ⁊ castratine ⁊ omnes carnes calide ⁊ humide tamen videtur fallere in hiis carnibus que assantur.quoniam inde acquirunt duritiem ⁊ caliditatem ⁊ siccitatem.si itaqꝫ tales carnes assantur cito comedant:⁊ tūc laudabiles sunt quando in eis suaues spēs apponuntur Quedam uero cibaria sunt que generant melancholiaꝫ sicut bubali uacine carnes ⁊ omnes quæ sunt grosse sicce ⁊ aspere .Alie vero ex eis habētes subtiles carnes que pascuntur ⁊ nutriunt in aquosis ⁊ humidis ⁊ umbrosis locis eaꝝ carnes sunt meliores ⁊ saniores.

De piscibus.

Idem dicēdum ē de piscibus. Sciendum est igitur q̄ piscis parue substantie ⁊ subtilis pellis ⁊ facilis masticationis qui nutritus sit in aquis salmaticis currentibus talis est melior ⁊ leuior q̄ꝫ ille qui nascitur in mari uel dulci aqua. Qui nascitur in mari sanior est q̄ꝫ ille qui nascitur in aqua dulci .oportet igitur cauere ab illis piscibꝫ qui sunt magne substantie ⁊ dure pellis quia tales solent esse venenosi.Et hec de piscibus ad presens sufficiant .quia in libro quem composui de pulmentis ⁊ medicinis inuenies habūdanter istā mām determinatā. De aquis.

Sciendum est q̄ aque subtiles sunt vtiles cuilibet uiuenti tam animalibus q̄ꝫ vegetabilibus ⁊ memento q̄ docui te sufficienter de aquis ⁊ ostēdi tibi q̄ omnes aque tam dulces q̄ꝫ amare originem traxerunt a mari .⁊ de hoc feci tibi demōꝫ manifestam. Nunc suscipendum est q̄ leuiores ⁊ saniores aque sunt ille que sunt prope ciuitates currentes.quando vero terra est pura a ripibus non habundans fumositatibus aqua illius loci ē leuis optima ⁊ laudabilis:aqua vero nascens in terra lapidosa quæ habundat fumositatibus est grauis infirma ⁊ nocibilis.Et in qua sunt rane ⁊ serpentes ⁊ alia animalia venenosa est infirma sicut aqua paludis.Signa quidem bonarum aquarum sunt hec.leuitas:claritas:bonus color:q̄ñ facile calescunt ⁊ facile frigescunt . in talibus .n. delectatur natura.Aque uero salse amare fumose dicuntur ideo dissoluunt ventrem ⁊ desiccant. aque autem maris sunt calide ⁊ graues q̄ꝫ stant ⁊ non mouentur .⁊ quia sol diu durat super ipsis ideo generant coleram:⁊ faciunt crescere splenē ⁊ pulmonez:⁊ que diu scaturizant in duabus terris sunt calide infirme .q̄ꝫ continent in se pticulas terreas:⁊ potatio aque frigide stomacho ieiuno ante prandium nocet corpori :extinguit enim ignē stomachi potatio vero eius post prandium calefacit corpus.⁊ generat flegma.⁊ si multuꝫ summat corrumpit cibum in stomacho .debes igit bibere aquam frigidam in aestate ⁊ calidam i hyeme ⁊ non e ꝓuerso.q̄ꝫ potatio aque calefacte in aestate mollificat ⁊ debilitat stomachum ⁊ destruit appetitum :sicut potatio aque frigide in hyeme extinguit calorem ⁊ destruit instrumenta pectoris: nocet pulmoni ⁊ multa generat nocumenta.

Omnes aque q̄ de traxerūt d vi : nō.

De vino.

De cognitione vini sciendum est q̄ vinum cuius racemus est in monte natus expolito soli est ficciozis nature q̄ꝫ id quod nascitur in plano in locis madidis ⁊ umbrosis.primum vinuꝫ vꝫ sēibꝰ ⁊ hominibus habundantibus i humiditate ⁊ flegmate nocet vero iuuenibus ⁊ calidis hominibꝰ. primum ergo calefacit ⁊ liberat a superfluitati-

bus frigidis ⁊ groſſis. ⁊ vinū q̄ſto magis rubicū dū ⁊ ſpiſſum: tanto magis generat ſanguinē. ſed quando eſt forte ⁊ fortis amaritudinis: tūc dicit ꝓprim⁹ ſanguis ⁊ primū nutrimētū: ⁊ hꝫ nāꝫ potio nis ⁊ medicine. ⁊ ſūptū diu: valde nocet. quādo vero vinū huius generis eſt dulce nocet ſtomacho: generat ventoſitates ⁊ inflationes. laudabilius ⁊ ſuauius oi vino quo ad oēs ꝯplexiones eſt id qđ naſcit in terra extēſa inter montes ⁊ valles: cui⁹ racemus eſt bone dulcedinis: pfecte maturitatis: ſubtilis aeris: q nō videmiaſ donec ē in ipſo fortitudo ſue ſubſtātie: būitas corticis: ſpiſſitudo palmitū: ⁊ granorū cuius color ē aureus vꝫ medius inter citrinum ⁊ rubeū colorē: ſapor acutus ⁊ delectabilis cuius fex eſt in fundo dep̄ſſa: cui⁹ ptes ſubtiles ſunt ⁊ clareſcētes. Quando itaqꝫ tale reperitur: ſūme de ipſo tpate iuxta aetatē corporis ⁊ tpis qualitatē: q̄ cōfortat ſtomachū. calorē cor roborat nāleꝫ: iuuat digeſtionē: conſeruat a corruptione: ducit cibū decoqt ⁊ pducit ipſum purificatū ad oia mēbra q̄ teguntur. ⁊ decoqt ipſuꝫ cibum in eiſdē mēbris donec conuertaſ in ſanguinē ſubſtantialē. tūc aſcēdit ad ceruicē cuꝫ calore tpato: reddit caput ſecurū ab infortuitis caſibus iuſuper cor letificat linguam reddit expeditā: liberat a curiſ: ⁊ hoīnē facit audacem: ⁊ excitat ad oia appetitum: ⁊ multa alia bona facit.

De malis que ſequntur ex nimio potu.

Vinum autem q̄n ſumiſ in magna quantitate habundanter: tunc ecōuerſo hec mala facit q̄ ſequuntur. obſcurat intellectum: impedit ſenſum: turbat cerebrum: debilitat virtutem naturalem ⁊ aialē: generat obliuionē: ledit oēs gnqꝫ ſenſus: gb⁹ regiſ ⁊ diſpergiſ tota corpis opatio: fugat appetitum: debilitat catbenas ⁊ iuncturas: generat tremorem membrorum ⁊ lippitudinē oculorū: accēdit coleram: deſtruit epar. q̄ reddit ſanguinem eius groſſiorem: ⁊ cordis cruorē denigrat. ⁊ exide puenit horor timor: tremor: ſomni loquitio: fantaſtice viſiones corruptio coloris: debilitatio genitalū: ꝺſtructio ſēinis: abominatio ſtomachi diſtēpat cōplexionē: generat corporis crooſſitudinez. ⁊ quod deti⁹ eſt: lepram inducit: ⁊ tunc eſt de genere venenorum. Cauendum eſt igiſ ne vltra modum ſumaſ: q̄ vinum imutat naturam ⁊ complexionē. reubarbarum enim quod eſt vita epatis: ⁊ habet plures vtilitates que continentur in libris medicinalibus: nichilominus quandoqꝫ eſt venenum mortiferum vꝫ illis q ultra modum ſummūt ex eo: ⁊ tranſcendunt certaꝫ quātitatē ⁊ mēſuraꝫ. Vinū ēt comparatur naturae ſerpentum ex q̄buſ antidotum conficiſ: ⁊ leſiones maxime p eorum medicinam expellunſ: verūtamen omnibus notū ē q̄ venena mortifera mortē i ſe gerūt.

O Alexander nullo tempore te tedeat ſyrupum acetoſum mane ſummere ieiuno ſtomacho ⁊ nō ieiuno: q̄ñ. ſ. cōualeſcūt humiditateſ ⁊ habūdant ⁊ flegma dñaſ. q̄ valde ſanatiuū ē. Sapiēs qdem ariſtos bonū vinū cōmendauit vbi dixit mirum ē de homine qualiter pōt infirmari vel mori cuius cibꝫ ē optimi panis frumenti ⁊ carnes commendabiles ⁊ potus bone uitis Et ex eis vtiſ tēperate abſtinendo ſe a nimia comeſtiōe potu coitu ⁊ labore. q̄n hīc hoīni accidit egritudo oꝫ ſiqdē ⁊ illū q inebriaſ vino vltra modū ſumpto vt abluat ſe cū aqua calida ⁊ ſedeat ſuper flumia curēt tū aquaꝝ ⁊ habeat ſalices atqꝫ mirtū ⁊ vngeſ ꝺbet corpus ſuū cum ſandalo cōfecto ⁊ fumigare cum incenſis frigidis ⁊ odoriferiſ. hec ē qdē ebrietatis optima medicina. Si qs ex toto ꝓponat relinquere potū vini: non debꝫ ſubito ab uſu vini penitus abſtinere: ſꝫ paulatim de potu vini ad potum vue paſſe ſe tranſferre. ⁊ exinde adiūgē aquā paulatim vna die poſt aliā donec veniat ad purā aquā q̄ per iſtū ordinē ſeruatur complexio natura a grauibus egritudinibus futuris.

Poſt hec itaqꝫ ſciēdū ꝙ q̄dā de biis coroborant ⁊ impinguant ⁊ q̄dam macerant ⁊ humectāt ⁊ q̄dam deſiccāt: quedā res dant ⁊ vigorē ⁊ pulcbritudinē: quedā generāt pigritiā ⁊ tepiditatez. ea ſiqdem q̄ ipſum corpus corroborant ſūt alimēta ſuauia leuia ⁊ ſue nature cōuenientia: q̄ñ ſumūtur tpe cōpetenti ⁊ in hora neceſſitatis ſicut p̄diximus. Ea vero q̄ ipſum corpus impinguant ⁊ humectant ſunt hec. Reges corporis: letitia mētis: iocunda ſocietas: ⁊ calida cibaria ⁊ humida. potatio vini dulcis: ⁊ ſumptio mellis humidi. quod colligaſ ⁊ mitaſ in locis priuatis in caule gendel. ⁊ nihil tm̄ vꝫ ad hoc quātū dormitio poſt prandiū ſuper ſuauia ſtramina in locis frigidis ⁊ balneari i balneis calidis ⁊ parū ſtare i eiſdē: ne būiditas corpis diſſoluaſ i magna q̄ntitate. q̄ meli⁹ ē vt cōpus bēat ꝺ humiditate ⁊ madefactione balnei q̄ꝫ ecōuerſo: ordinati odores iocūdātes aiaꝫ ⁊ cōuenientes tēpori i quo eſt: verbigratia. odorare racemū in hyeme. q̄ calide nāe ē. roſas vero ⁊ violas i aeſtate. Exercere vomitū biſ vel ter i mēſe ⁊ in aeſtate maxime q̄ vomitus abluit ſtomachum ⁊ purgat a malis humoribus ⁊ corruptis humiditatibus. Cum ergo iſte corrupte materie expelluntur a ſtomacho naturaliſ calor augumentatur ⁊ cōfortaſ ad digerendū alimētū. Rege igiſ bene corpus tuū ſi uis ut creſcat: ⁊ obſerua meum Conſiliū, cū hoc qdē magis vꝫ ſolatiū ⁊ diuitias ha-

Reubarbar[um] e[ſt] nom. que.

bere:reuerētiā sup inimicos acqrere:ꝺlicate viue re:solatiari in instris musicoꝝ:videř ꝛ ꝺelectari i rebus formosis :legere i libris ꝺelectabilibꝫ:audire cantica leticie cū amicis ꝺilectis:iꝺui fulgēntibꝫ ꝛ spetiosissimis vestibꝫ:cōferrere cū sapientibus q̄rendo ꝺe rebus p̄teritis ꝛ futuris :p̄forta re virtutes rōales vnguētis p̄ueniētibꝫ tpi i quo es.hec siqdē sunt qbus hōines ipiguant. Res ꝺo q̄ faciūt p̄riū vꝫ q̄ macrāt corpꝫ sunt hec ꝺiminuꝰ cibi ꝛ potus:frequētatio exercitii ꝛ laboris i calore ꝛ sole:longa vigilia:ꝺormitio ante p̄ādiū sup ꝺuris lectis .qꝫ caliditas impedit pp nimiā humiditatē q̄ i est corpi :balneari i aqs sulpḥureis ꝛ salsis ꝛ ꝺissolutis frigidis ꝛ calidissimis:fames:potio ueteris uini puri : frequēs purgatio ventris: ꝺiminutio sanguinis:nimiꝰ vsus veneris : paupertas:sollicitudo:timor:mala cogitatio:ꝛ anxietas ꝺolores frequēter accidētes:ꝛ mali euentus.

De balneo.

Balneū vero ē vnū ꝺ miraculis huius mūdi:qꝫ edificat ꝼm āni quattuor tpa.qꝫ frigidū attribuit hyemi :tepidū veri.calidū aestati : siccū autūno: De sūma ergo ꝓuidētia ē facere in balneis q̄ttuor mansiones ordiate ita ut p̄ia sit frigida:2a tepida:3a sicca:4a calida.Et cū qs ingredi uoluerit. ꝺꝫ p̄iꝰ aliq̄tulū stare in p̄ima:ꝺinde itrare i aliā ꝛ ibi paꝫ morari :ꝛ post i tertiā itrař:ꝛ ibi puulā morā facere.Et vlᵒ i 4a .ꝛ ibi ꝺebes te lauare.Et cū uolueris exire:debes seruare eūdē ordinē faciēdo morulā i qualꝫ camerarū :nec exeas ꝺe nimio calore in nimiū frigꝰ. Et sit balneū edificatū in loco alto ꝛ vētoso:ꝛ habeat fornaces magnas reddētes flāmas ꝛ latas.ꝛ aquā ꝺulcē Et utēdū ē in eo ꝺoribꝫ cōueniētibus tpi instāti . uꝫ i uere ꝛ i aestate utēdū ē unguēto triplicato ꝛ q̄drupli/cato .in autūno ꝺo ꝛ hyeme fruendū ē ꝺuplicato ꝺeinde sedendum ē sup sedilia aqs rosaceis ibutа.ꝛ postea facias te tergere cū liteamie albo mūꝺo ꝺe lino una uice post aliā.postq̄ hec oia cōpleueris ꝛ ꝺlicate ablutꝰ fueris exeas ad alias mānsiones nō statim .ꝛ utere sequētibus ꝺocumētis ꝛ unguentis .Si ergo uincaris a calore: pectineris ꝛ utaris unguēto purificato cōuenienti tpi.qꝫ in uere ꝛ aestate ꝺebes uti unguēto sceranino cōfecto ꝺ sandalis ꝛ emleg. In autūno ꝛ hyeme ꝺebes uti unguento ꝺ mira ꝛ ꝺe suco herbe q̄ uocat bletes.ꝛ ꝓbicē super caput artificiales aqs ꝛ tēperatas ꝺeinde ꝺebes abluere ꝛ fricare ide corpus ꝺonec fuerit bene lotum ꝛ mundum: ꝺeinde ungas corpus qbusdā unguētis q̄ cōueniūt tpibus suis.ꝺeinde gradatim exeas sicut ꝺocuimus i p̄cedētibus.ꝺinde tergas te ꝺōec aleuieris.Si ita qꝫ sitteris : bibas syruppū rosatū : ꝛ sūmas ꝺ electuario cum musco:ꝺeinde tēdas brachia tua aliq̄tulum .Deinde post modicā horam sūmas paratum cibū cum tranquillitate. ꝛ bibas ꝺ bono uino temperate cum tanto ꝺ aqua sicut consueuisti bibere ꝛ non summas multum sed tempe rate.ꝺeinde suffumigabis te incensibus conueni entibus illi tempori.ꝺeinde reqescas in lectis ꝺelicatis : ꝛ accipias ꝺ somno bonā partem : quia multum iuuat.ꝺeinde continuare debes residuū diem in gaudio ꝛ qete. Iste siqdem ordo sanitatis ē ꝛ nutricationis corporis. Qui uero est senex uel supaꝺ ab humiditate ꝛ frigiditate caueat multū morari i balneo .debet siqdem tm̄ stare in balneo:donec corpus suum sūmat ꝺ humiditate balnei ꝛ madefiat .Aquā ꝺo temperatam probiciat supra se multum cito quantum uolueris. Ꝺ portet autem flegmaticum non intrare nisi ieiuno stomacho.ꝛ ungere se unguentis calidis. Qui uero fuerit calide nature :teneat precedentem doctrinam.Ꝺ Alexander quādo cognoueris datuꝫ ꝺocumentum ꝛ opere compleueris:faciet te non indiger medico tempoř uite tue cuꝫ dei adiutorio Scis enim ꝙ infirmitates graues q̄ generantur ꝺ caliditate ꝛ periodis ꝛ cursu lune cognoᵗᵘʳ an sint breues aut longe .ꝛ etiā ex signis precedentibus cognoscūť ad quem finem ꝺbent uenire .ꝛ ego te docui fideliter et ostendi breuiter diuisiōes cognitiones infirmitatū et in qua similiter ē sigᵐ probatum in bijs rebus .Sed precedentia signa sunt uerioꝛa et melioꝛa sicut ꝺterminaui in libris ꝺ aquis.Et hec signa sufficiūt illi q̄ bene tꝫ in memoria doctrinā illius libri : sicut etiam continet in libro quem feci de medicinis compositis et potionibus artificialibꝫ et unguētis cōpositis et emplastris ꝼm ordinē et artē grecoꝝ: italicoꝝ:indoꝝ et psaꝝ i qbus nullū experimētū fuit fallax .Quia ergo secreta erāt ista utilia et sepulta et ignorabātur nec iueniebant usq̄:idcirco idignū eē ꝺcreui si tuā laterent clemētiam.

De medicinis.

Dignū est itaqꝫ ut scias magnā medellā q̄ dicit glia iextimabilis:q̄ ꝺe ē thesaurus ꝓꝺoꝝ: ego siqdē nūq̄ pcepi nec ueraciter noui qs eā inuenit: qdā enim asserunt ꝙ adā fuerit eius inuentor.Alij dicūt ꝙ esculapides et hermogenes medici et irsos et donasticos et uacileos et hebreos et dioris tartari glorioſissimi ꝓꝺy q sunt .viii. qbus datum est cognoscere secreta scientiarum que latebant omnes homines ist i sunt qui inquisiuerunt et disputauerunt de biis que sunt supra naturā et de pleno et uacuo et de finito et infinito et ꝓcordit

Gloria mei

venerunt i cõfectionẽ medicine huiꝰ inextimabilis:quã diuiserunt in octo partes.qdã ꝓfirmãt siqdem ꝙ enoch nouit hoc secretum p uisionẽ: volũt ẽt dicere ꝙ iste enoch fuit magnus hermogenes quem greci multũ comendãt ꝛ laudant ꝛ attribuunt sibi omnem sapientiã secretã ꝛ coelestẽ

Cõfectio pulcherrima mellis.

Cũ dei ꝑbenedictione sũme de suco mali granati dulcis.xxv.rotulaſ:ꝛ suco mali granati acris x.rotulas.ꝛ de suco pomoꝝ dulcium .x.rotulas.ꝛ suco racemi clari ꝛ dulcis rotulũ.i. ꝛ zucharo albo ꝛ mundo rotulas.x.ꝛ hec oia ponãſ in uase ita vt sit ad medietatem.ꝛ cũ discretiõe decoquãtur cum suaui igne ꝛ penitus sine fumo : ꝛ tollaſ tota spuma.ꝛ tm̃ decoquatur quousqz efficiaſ sicut mel spissum.hoc siquidem est illud mel optimũ quo ꝓficiunt medicine .debes igitur ipso uti sicut predictum est.

De prima medicina.

Sũmaſ cũ dei benedictione ꝛ adiutorio ȝ rosis rubeis rotulũ .i.ꝛ de violis quarta pars rotuli .ꝛ oia ponantur i.x.rotulis aque dulcis. postqꝫ in eo positũ fuerit de aqua elcotorigã media pars rotuli .ꝛ de aqua mẽte uiridis medietas rotuli:ꝛ ȝ aqua mazefegos quarta pars rotuli ꝛ de aqua lingue bouine rotulũ vnũ.colligant oia ista ꝛ ȝco quant cũ vna vncia ȝ elmeg occiã ȝ gariofalis. ꝛ hec oia debẽt stare sup ignẽ p vnã diẽ ꝛ noctẽ donec egrediatur tota uis eorũ.deinde ponaſ super ignẽ suauẽ donec diminuaſ tertia ps aque deide pmittaſ clarescere.deide ponaſ i eo de ꝑpato pdicto melle rotulos tres.ꝛ tãtũ decoquaſ quousqz spissum sit.deide ponaſ i eo vna dragma ȝ muſco bono ꝛ vna dragma ȝ ambra ꝛ tres dragme ȝ ligno aloes trito ꝛ hũido. Hec prima medicia siue potio cuius effectus ẽ ꝓfortare stomachũ cor ꝛ cerebrũ.

Secnnda medicina.

Sũmaſ de mirabola galẽgã cabeli eiecto corticе rotulũ vnũ .ꝛ de medulla carobe de babilonia quarta ps vnius rotuli ꝛ ȝ liqritia sine cortice citrini coloris due vncie ꝛ de granis maturis ȝ vinetis in suo tpe due vncie.cõterãſ bene.ꝛ hec oia ponantur i.x.rotulis aque dulcis p vnã diẽ ꝛ noctẽ deide coquatur suauiter donec deficiat medietas aque.deide misceaſ ꝛ coleꝯ donec fiat clarũ ꝛ tunc ponãſ ȝ melle priuato rotuli duo.ꝛ iteruꝫ decoquatur donec spissetur.deinde apponatur ȝ puluere masticis vncia vna ꝛ ȝ reubarbaro quarta ps vncie ꝛ hec ẽ ꝑa medicina cuius ẽ corroborare stomachum ꝛ cõstringere ꝛ purgare malos ꝛ putridos humores q congregantur i stomacho sine abominatione vel violẽtia sine aliqua lesione insup confortat cathenã corporis ꝛ pectus ꝛ cerebrum.

Tertia medicina.

Sũmatur rotulus vnus de emleg.ꝛ dimidius de elileg indico dimidia pars vniꝰ rotuli ꝛ ȝ darsani canele ꝛ de kalenga galengal ꝛ de nuce muscata añ.dragm̃.i.ꝛ terratur totũ nõ nimis subtilit ꝛ ponatur i aqua dulci.x.rotuli ꝛ maneat i ea per vnã diem ẽt vnã noctẽ deinde coquatur cũ suaui igne donec diminuatur medietas ȝinde misceatur et coletur donec clarefiat postmodũ cõpõaſ cũ tribus rotulis mellis artificialis deide tm̃ buliat donec densum fiat .Hec siqdẽ ẽ tertia medicina cuius ꝓprietas ẽ cor roborare et oia mẽbra occulta et maxime principalia .

Quarta medicina.

Sũmatur cũ dei adiutorio aqua palmitũ rubi ferentis mora silueſtria libra vna et de aqua salsa colata medietas libre.et de aqua lactuce agrestis libra vna.et ȝ aqua radicũ berberis lib.i.totũ cõgregetur in vnum et põatur in eo aceti q̃rta pars libre et ȝ eufatenis ȝ mere qd ȝ quolibꝫ ps quarta libre colligatur totum et stat p vnã noctẽ et diẽ deinde coletur et ponatur i eode melle lib.ii. aut tres deinde coquatur cũ igne tenui et leui donec inspissetur et hec ẽ quarta medicina cuius proprietas ẽ ꝙ generat appetitũ iuuat pectus et pulmonẽ.

Quinta medicina.

Sũmatur escones recens lib.media berberis lib.meꝺ.citrac viridis .et ponatur in.12.lib.aque dulcis et addatur ȝ anisi lib.iij.et stet p unã diẽ et noctem .ȝide ȝcoq̃tur vsqz ad medietatis cõsumptionem aque .et summatur lib.iiij.mellis p̃parati et totum coquatur vsqz ad inspissationeꝫ. Hec ẽ qnta medicina cuius proprietas ẽ expellere malitiã:subtiliare flegma superfluas humiditates tollere :stomachum temperare :apire constipationes et ventositates expellere.

Sexta medicina.

Summatur cũ dei adiutorio ȝ colatura seminis coptone et de colatura seminis coptonorum lib.meꝺ.de qualibet gumi arabici agomi . drag. ij.et dissoluantur oẽs gume in aqua rosata et ponatur in aqua de melle p̃parato lib.ij.et inspissetur super ignẽ bona inspissatõe.Hec ẽ sexta medicina cuius proprietas ẽ linire pectus et ꝓfortare et reparare respiramenta et expellit dolorẽ renũ.

Septima medicina.

Summatur cum dei adiutorio de spica indica.dragm̃.i. equaliter de clerad longo et breui. dragm̃.i.et ponatur totum in libris quinqz aque dulcis et tantum stet ꝙ exeat virtus eius de-

inde conteratur ⁊ coletur ⁊ ponaf in melle clarificato trium libr. quantitate ⁊ decoquatur cum igne leui donec inspissetur .hec est septima medicina cuius proprietas ē repare stomachū ⁊ fugare vētositates.

Octaua medicina.

Sūmaf ꝺ reubarbaro solido ⁊ recenti dragm. iij.carui drag.i.cōficiaf totum ⁊ apponaf de sup de aqua dulci lib.x.⁊ stet in illa donec virtus exeat .deinde teraf leuiter ⁊ deinde colef ⁊ apponaf desup de melle ꝑpato lib.iii. ⁊ decoquaf trāqllo igne donec ingrossef . Hec ē octaua medicia cuius ꝓprietas ē mūdare epar:repare cor:roborar ⁊ cōfortare mēbra interiora vniuersa! Deide cōgregētur oēs medicie ꝑcedētes deinde pōaf ad q̄ntitatē oīuꝫ dactili indici recētis mūdati a granis suis quorū interiora sunt trita ad modū cerebri .Si non inueniatur tale dissoluatur per aquaꝫ donec eius virtus egrediatur sicut factū ē in predictis .deinde cum abstergef i magno uase ⁊ effundaf desup aque rosate odorifere lib.vi.⁊ ꝺcoquaf totum donec videaf ⁊ iciptat ispissari : deiñ tollaf ab igne ⁊ tantū dimittaf donec tepescat cōpetenter . Ponaf in eodē vnguēto balsami ⁊ ꝑōatur i ipso optima ambra.ʒ.iii.optimi musci.ʒ.iii. ⁊ pōaf de ꝑdcō oleo i margaritis bene tritis medietas libre ⁊ puluere lapidis ꝑcioſi rubei ⁊ coelestis fini coloris .ʒ.vi.ʒ.⁊ ꝺ auro smaragdino.ʒ. iii.⁊ de subtili puluere auri .ʒ.iii.ꝺiñ pōaf sub diuo ut ꝺscēdāt in ipso uirtutes spūales p.7.dies ⁊ non permittaf in illa nocte in qua luna erit maliuola ⁊ carens cursu supioris aut radiis suis. Qñ igiſ completū fuerit iuxta hūc modū siſ ꝺ thesauris huius mūdi erit. Accipe igitur ꝺ isto post cibū.ʒ.i.⁊ similiter ante cibum .ʒ.i.qꝛ ē sūma oium medicinaꝝ ⁊ finis cuiusꝫ finalis intētōis.ad fugandū maliciam ⁊ flegma .⁊ dolorē renū.⁊ ad fuganduꝫ emorroidas.⁊ ad repellendū inflationeꝫ. ⁊ ad digerendū cibū ⁊ ad temperandū cōplexionē.⁊ ad subtiliādū musculos:⁊ ad descendū timpora:⁊ ad tollendum dolorē capitis.⁊ ad clarificandū uisum:⁊ ad recreandū senectutē:⁊ ad subtiliandū vocem:ad fugandū infirmitatef :⁊ descere oēs molestias ⁊ egritudines apentes ⁊ occultas:aperit opilationes:expellit ventositates: non pmittit locū apari:uel collectionē humoꝝ ⁊ impedit mortalitates ⁊ ifirmitates:⁊ facit bene urinare:tollit tussim:⁊ cōfortat spinā:⁊ multū confert hōi cum difficultate exspirāti:letificat ḡnat gaudiū:⁊ bona alia multa facit que longuꝫ esset enarrare.sed hꝫ spēalē proprietatem ad generandum intellectū ⁊ nutriendū cerebrū. Ꝺ Alexāder nō ꝺr te aliquo tpe accipere medicinā aliā si ista etaris. De hora eligendi medicinā.

Caue tibi Alexāder ne summas medicinā vel venā aperias nisi de licētia scie astror.qꝛ utilitas scie medicinalis exaltatur siue comēdatur i hoc. Si uolueris flebotomari uel sanguinē minuer nō attētes aliqd horꝝ facer donec nouilunīū tm̄ crescat ꝙ recedat a sole ⁊ caue ne luna sit in tauro vel pisce ⁊ p̄caue ꝺ aspectu solis ad lunā ascendentē ⁊ similiter cū fuerit luna in cōiūctōe exīs in signo aquoso .Caue ēt ne fuerit Mercurius i cōstellatione ascendēte uel sibi oppositus ⁊ similiter dic ꝺ Saturno:⁊ utilioꝛ hora ad aperiendū venas est in ultima medietate mensis lunaris utqꝫ ꝙ luna sit diminuta ⁊ ꝙ sit in libra uel scorpione.Et nocue stelle non in eandem respiciāt.⁊ tūc ē luna deterior cum fuerit in ℔a reprobа uel noua .Itē i diminutōe sanguinis nō p aptiōeꝫ uenaꝝ sed p scarificationē carnium cū luna fuerit crescens i lumine:nꝫ respiciūt in ipsaꝫ stelle nociue sꝫ ē opposita mercurio.⁊ ꝙ luna sit cū uenere uel respiciat i ipsam uenus uel mercurius.Cū uero luna fuerit in cōstellatōe ascēdēte:tūc hꝫ dñiū uel potētiā i corpore sup eodē loco in scorpione.

De medicīa laxatiua respiciēdo lunā.

Qū uolueris summere medicinā laxatiuā cōsistat luna in libra uel scorpione uel pisce. caue ꝺ approximatōe lune ad saturnū .qꝛ facit cōgelaī humores ⁊ medicinā i corpor.⁊ q̄sto magis elōgatur luna a saturno tāto melioꝛ ē .nꝫ ē timēdū cuꝫ fuerit i mercurio .Sit itaqꝫ principiū tuī opis ℔m bonā ꝓstellationē lune ⁊ absētiā eiꝰ a nociuis stellis ⁊ eiꝰ ꝓspitatē i suo ascēsu .Cū volueris dare medicinā uide i quo signo sit sol .qđ qdē poteris p pñtē mēsez cognoscere:si diligēter ispicias sigª ⁊ menses in pñti sphera descriptos.Si.n.sit sol in colerico signo ꝺr plus acui medicinā ⁊ plurimuꝫ i melācolico.si aūt i flegmatico modicū ℔z qualitatē ⁊ nāz signi qñ sol perlabiſ ꝓstrigit uētrē ⁊ nā lassatur .ꝑterea diligēter ē aduertēdū.Si i colerico signo aut melācolico aut flegmatico . Si ābo lumiaria i colericis signis se recipiūt uel aspexerint medicia tūc data paꝝ mouebit.Si ꝺo i melācolico accipiētē aut nihil aut paꝝ soluet.Si i flegmaticis signiſ sol ⁊ luna extiterit facile medicina sumpta ducet ⁊ p̄cipue si fuerit luna i augm̄to qꝛ ut ait pluuius crescente luna crescūt totiꝰ corpis hūores ⁊ ēt screatꝰ ⁊ letamia.i.supfluitates.ꝺ crescente uero luna decrescunt hec oīa. Hec nostra secreta que cōpilauimus proculdubio cognoscere poterit quicumque in se ipso ea experiri uoluerit.

¶ Alexander iam sciuisti illud qđ antea tractaui ⁊ exposui non sol'z ꝙ sba huius mūdi in vniuerso ⁊ eius superiozitate ⁊ altitudine iferiozitate ⁊ ꝓfunditate anteriozitate ⁊ posteritate vna est nullam bñs differentiā scđm substātiam qz ei⁹ dīa solūmodo est in accidentibus ⁊ in eius exñtia in forma ⁊ accidētibus ⁊ in colozibus. Si ergo nulla res differt a se ipsa. cōsequens ē vt differentia sit alia qcqd ergo corporaliter đ naturis i mūdo que primo diuidunt in quattuoz ptes: ⁊ ē quattuoz elleměta. deinde qcqd generatur ex hiſ đ originalibus ⁊ animalib⁹ semp ē ex mundo circūdāte ipsum. apz ergo ꝙ inferiozū forme regun tur a formis sup coelestibus spbericis spiritualibus ⁊ bec ē cā experientiaꝝ in operibo incātamētozū ⁊ imaginum. ⁊ iste forme spherice sunt firme gradib⁹ firmamēti ⁊ septē ille regentes superiozes recipiunt impressiones earuz in suis luminibus sicut infans ⁊ mulier pregnās ideas ⁊ similitudines reꝝ ⁊ eaꝝ formas ⁊ perducunt eas ad mundum inferiozem: iuxta possibilitatem informantis ⁊ imprimētis eas seu cōponētis. recipit igitur quelz res đ originalibus ⁊ vegetabilibus ⁊ aialib⁹ ab illis ꝼm qđ potens ē in sua natura recipere. Et scias ꝙ receptioni cuiuslz formarū sup coelestium accidit iuxta capacitatē ⁊ possibilitatē in recipiendo ipsam. ⁊ qcqd deriuat in iferiozibus ex impressiōibus sup coelestiū. fortius ergo idolū incantamētozum ⁊ diuinationū est quod insidiatur aque imbzium ⁊ a patre sene. deinde cū illo quod incliat ad sapiētiā ⁊ ad iudiciū iusticie ꝙ ergo est magis apparens in liberalitate deinde segt ipsum ad puteum flauū velocē. Inuoca principem multozum miraculozum qui est multe benedictionis ⁊ ꝓuenit ꝙ consideratio tua sit similiter in tempoze suo ⁊ est necesse continuare lumē planetarum ⁊ in superiozem radioꝝ suoꝝ repzobare ⁊ in eo quod uis bonū eē. ⁊ ecōuerso sic cū vis corrumpere ⁊ ego ponam tibi exempla in bꝰ qbus multis indigebis. ⁊ ostendam faciem operis in hoc dño concedente.

